



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

De Dissensione Parentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36207

CONSENSE.

*Dissensio parentum. Cum autem ea certas
libet limitationes, ideo quædam paulo clarior
ita sunt differenda.*

**DE DISSENSIONE
PARENTVM.**

*Dissensio parentum est duplex. Alia iusta
est, alia iniusta.*

*Iusta dissensio parentum est, quæ habet
causas pias, honestas, viiles, ad Matrimonij
substantiam perirentes, quæ tum in conscientia
parentum, tum in iudicio piorum & bonorum
vivorum consistere queant, ut filibei velint con-
tabere cum propinquis aut affinibus, in gradi-
bus prohibitis. Aut cum gentibus idololatris, vel
Iudeis in conuersis, vel hominibus palam & thorois,
Magis, veneficis notorijs, vel latronibus, quos
Magistratus Christianus tolerare in communi
hominum societate, ex mandato diuino non
potest.*

*Aut quando liberi decepti sunt per copu-
laries improbas, ut re non plenè cognita, aut
considerata, fraudulenter sint quasi capti & il-
luceati.*

*Aut quando liberi quasi obcucati teme-
rario*

DE CONIVG.

rario amore , aut furore potius dementati , cum talibus volunt matrimonium intrare , cum quibus neq; cœlum neq; domum quod vulgo dicuntur , adfiscaturi essent . Id vero necesse est , non tantum parentum , sed plurim piorum honestorum hominum rechte iudicantium grani iudicio , manifestum . Et videndum est , ubi est in iure locum habeat .

Aut quando in honestas & infames personas , in contumeliam sui , & parentum , & familie vellent ducere . In honestatem autem dico , non ex sermone quorundam , sed ex factis manifestis . Nam calumnia , semper in mentiendo effrenis est , neq; ulli facile est , Sycophantarum morsus evitare . Vbi autem manifesta est in honestas persone , ibi sane parentes grauem causam dissentendi habent , quia liberi interdum iudicio errant , & quasi amantes sunt , quod sui sanguinis honoris non habent rationem , visi mere tricent publicam , aut stupratam ab alio , velint ducere .

Aut quando filia alicui errori , cuius vagandi libido publicè cognita esset , nubere vellet , apud quem in periculum corporis & animae ventura esset , &c. Fundamentum istarum dissensionum est , quod parentum officium sit , boni & pijs consilijs liberos innare .

In iusta

CONSENSV.

In iusta dissensio parentum est, quando
sue causis pijs, honestis, utilibus, & ad ma-
trimoniū substantiam pertinenterib, morose
dissentunt, aut liberos tyrannicē volunt co-
pone, ut illis personis coniungantur, quas
mare non possunt. Patria enim potestas, ne-
quaquam est morositas vel tyrannis, sed est
iudiciorum iusta, & grauiratione fulcita: Sed
exempla subiiciemus:

Vt, quando parentes oderunt personas,
cum quibus liberi volunt contrahere, propter
offensiones quasdam suas priuatās, et ad sub-
stantiam Matrimoniū non pertinentes.

Vel, quando parentibus persona non satis
fama, seu nō satis opulenta videtur, cum a-
nōquin sit honesta, et sua filia aut filio placet.
Hoc enim causa non est sufficiens dissentendi.
Nam sepē pauper, melius conseruat & auger-
bita accepta à coniuge, quam dives, qui di-
lapidat, vt non raro vnu venit.

Vel, quando status non nihil inferior
videtur, Cum tamen illi status creborimē
cum fortuna, seu vt magis pī loquamur, cum
iudicio Dei mirabili, immutentur.

Dilatio quoq; & impeditio coniugiorum

H. diu-

DE CONIVG.

diuturna, quando liberi idonea ad coniugium
ætate prædicti sunt, meritò in parentibus re-
prehenditur. Nam aduersantur parentes or-
dinationi Dei primùm. Deinde liberos in pe-
ricula conscientiarum et corporum concūt,
vt vel clam cōtrahant, vel altoqui turpi vīc,
in Diaboli casse incident, pro quibus quidem
peccatis grauem Deo parentes rationem red-
dere cogentur. Causæ autem, cur liberos ex-
trahant, plerunq; sunt carnales et futiles, vi
quod liberos non libenter à se dimittunt, aut
nondum satis pecuniaæ ad sumptus nupiarum
collegisse videntur, aut nondum talis procus
oblatus est, qualem ipsis suis capitibus somni-
ant. &c.

Tyrannis verò, quia parentes conantur
liberos adigere, vt pro suo arbitrio, coniuges
ducant, à quibus totopectore abhorrent, odio
et improbatione digna est. Nam amor conju-
gum est donum Dei, nec est situs in hominum
arbitrio. Deinde, quia coniuges indissolubili
vitæ societate copulantur, æquum est, vt om-
nium maximè mutuus ipsorum consensus ex-
tet, neq; coactione implicentur vitæ, in qua
per omnem ætatem dotendum sit.

Pollitici aiunt, parentum autoritatem

CONSENSV.

inclusis Matrimonialibus, respectu liberos
in expirare, in quatuor potissimum:
primum, quando parentes suo iure abu-
suar contra legem, vel morositate, vel ty-
rannie sua.

Secundò, quando capti sunt parentes, aut
usquin nimis diu absunt.

Tertiò, quando parentes sunt furiosi.

Quartò, si filii sint emancipati.

Quando autem in causis Matrimonialib⁹
parentes immoderatè seu iniuste sese gerunt,
liberi non decernant priuato consilio, sed bono
ordine prius ad viros, bonos rem illam aefe-
rent, ac non tantum consilium exquirant, sed
etiam morent, ut parentes ab iniqua sententia
abducant. Quod si porrò parentes morose per-
gunt, nec flecti possint ad legitimū Magis-
tratum sese recipiant, cumq; reuerenter rogent,
ut parentes reclē instituant. Sin verò adhuc
parentes bonis & honestis cæptis, & iudicio
onestorum virorum, adeoq; legitimi Magi-
stratus sententiæ et monitioni pertinacissimē
reluctentur, liberi Deo obtemperent, coniugi-
aq; cum timore Dei contrahant, parentibus
aliquin in omnibus pijs rebus, debitum bono-
rem & obedientiam præstantes,

DE CONIVG.

Obiectio

*Id solum est necessarium ad Matrimonium,
quod solum facit matrimonium. Sed consensus
solutus contrahentium, facit Matrimonium,
non consensus parentum.*

*Ergo parentum consensus non est necessa-
rius ad Matrimonium.*

*Minor probatur, quia solus consensus
contrahentium, ad substantiam Matrimonii
pertinet. Parentum vero consensus, est ali-
quid extra Matrimonium liberorum.*

*Hinc aliqui dicunt, Consensum parentum
non esse de Necessitate, Sed de Honestate.*

*Respondeo ad Maiorem. Et tamen man-
datum Dei, ut omnia iustitia & debito ordine
fiant, hoc est, tali ordine, quem aut ipsa Natu-
ra prescribit, aut honestarum gentium Con-
suetudo.*

*Ad Minorem. Supra, multis illustribus
rationibus est ostensum, lege Dei, Nature, ci-
vili, consensum parentum legitimum esse ne-
cessarium. Itaque peccatum coram Deo, &
honestis hominibus est, parentum recte & pie
iudi-*

DESPONSATIONE.

inquantum, voluntatem atq; autoritatem, fidire. Est enim manifesta impietas, con*n* quartum præceptum.

DE SECUNDO.

DE DESPONSATIONE.

Primum vocabula quædam annotabimus, quæ in hac parte occurunt.

Puer, iuuenis, eam etatem completitur, quæ in fra virilem est. Puer autem à pubes, dividetur, vndē & Germanicè vocamus. In pube/ Accipitur autem præterà puer, poseruo interdum.

Adolescens, à pueritiae annis, vsq; ad mesum aut circiter appellatur. Iuuenis nō vsq; ad trigesimum, & dicitur iuuenis à iuando, quia tū vires crescent, & suppetunt, ad labores sustinendos, Ein starcker junger geselle / der arbeit tragen kan.

Ephæbus, qui ad pubertatis annos venit. Alias vocari solet adolescens.

Virgo, puella intemerata. Virago virilus
H 3 similes